30 Et generaliter hac est qualitas, & natura hujus declarationis interpretativae, ut nihil novum inducat, nec declarans nullum actum de novo disponat, sed actum praerelictum, & praeteritum ostendat, l. a se toto, ff. de heredi. institut. l. unum ex familia, §. si de falcidia; ff. de legat. 2. clem. 1. de iure patr. d. l. heredes palam, sed si notam, d. l. adeo, §. cum quis, B. l. ab executoribus n. 7. versic. quandoq; interpretatio potest ff. de appellat. Bald. in l. cum istam, in fin. l. de manifestam. Decius in l. edita num. 47. C. de edendo. Imol. in d. l. heredes palam d. §. sed & sinuam, in 2. nota, & ibi Paulus Castren. in princ. versic. quid autem Roman. versic. nota ulterius, & ibi Aret. in §. si quid 1. nota. Bald. in l. versiculo quero quod testes C. de codicillis Fulgos. consil. 147. versiculo ad secundum. Roman. in l. §. si quis simpliciter ff. de verb. obligat. Salicet. in l. leg. & consuet. opposit. C. de leg. Roman. versic. 482. Domin. in proemio sexti in fin. princip. versic. nota optimum text. Card. in cap. fin. versic. si vero disponit de consuet. Imol. in clem. 1. versic. glossa cecidisse, de sequestratio poss. & fructuum. Feder. de Senis consil. 112. ff. in Lyon dubium nota 6. C. de leg. Socin. consil. 214. versic. sed huic objectioni Barbol. consil. 18. versic. ecce autem vol. 1. Felin. in cap. super q. de off. delegat. & in c. qualiter, & quando el. 1. Salgado de Protec. Reg.

H h h item,

item nota & ibi Aret. in 4. nra. Ant. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. tit. regul. jur. conclus. 3. num. 47. & 48. & conduci quod ipse dicit ibi num. 61. quod hac declaratio interpretativa suffinetur, quando fit circa circumstantias, secus autem quando fieret circa substantiam actus, post Angel. in d. si quis post se versiculo vel die quia imo, & ibi Paul. Castren. versic. nota ex prima parte, & ibi Cuman. notib. 1. ff. de testam. & clarius dixit Anani. consil. 84. versic. & propterea licet. Petrus de Anchar. cons. 127. vers. non obstante, cap. novit. lll. in l. Lucius versiculo tu ergo ultra ff. de vulgar. & in l. in testam. versic. 3. 3. in contrarium facit, C. de testam. mili. & consil. 46. vers. tertio repondeatur, vol. 3. Decius in l. 1. versic. & ad propositum nostrum, in l. edito, n. 49. C. de edendo. Roma. consil. 45. per totum. Bald. consil. 94. sententia primo loco, lib. 4. Cardin. Tusch. practice. conclus. tom. 7. liter. S. conclusione 123. n. 4. & n. 6. qui in proposito bene loquitur, qui omnes novum actum & novum gravamen vocant hoc interpretationis genus, exemplum reddens Tuschus post alios, quando pure sententia vel executor conditionem addere, quia cum interpretatio declarativa, ut talis sit, non debet augere, nec minuire substantiam sententia, nec eam alterare ultra idem, quod sub verbis dubiis, aut juris intellectu continetur.

Quae doctrina optimè declaratur ex decisione Rotæ 100. ex notem part. 1. divers. Gratian. discepta. foren. tom. 1. cap. 333. Scaccia de appell. quæst. 17. limit. 10 n. 55. & alii adducti hoc lib. 5. cap. 10. post princ. à n. 10. & supra, plurima, ne dicam infinita, exempla hujus declarationis interpretativæ factæ per executorem, secundum naturam, & significationem verborum, & circa alia usque ad reflectionem, invenies in omnibus capitibus præcedentibus, præcipue cap. 9. & 10. 11. quæ videre poteris, quoniam ego non repeto. Et hanc declarationem interpretativam circa dubia sententia, quæ exequenda committitur tribunalum superiorum executori, quotidie facere videmus absque excessu reatu, affessorique super illis dubiis declarant, & urget ratio, nam omnia censentur sibi commissa, quæ ad expeditionem, & executionem sunt necessaria, & cum principale committitur, cur non videtur commissa hæc declaratio interpretativa, quemadmodum videmus in fortiori casu, prout est in hærede, in quem non transire facultatem declarandi, diximus supra ad princ. & tamen quando facultas declarandi venit accessorie ad contractum, qui ad hæredem transit, tunc sicuti transit contractus, transit etiam facultas declarandi. Ita Abbas, consil. 80. vers. circa secundum vol. 2. & pro limitatione ita scripsit Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. jur. conclus. 3. n. 79. & sic dicendum venit, ut à iusta & legitima interpretatione facta per executorem secundum ea, quæ dicta sunt, appellationi emissa non esse deferendum, tanquam nec ab ipsa executione, cui declaratio interpretativa inest, ut in terminis docet d. Rota decisio 110. Gratian. & Scaccia ubi proxime, & nos late in d. cap. 10. circa liquidationem à num. 10. & supra, ubi late & expressè probatur à contrario sensu in d. l. ab executeore, ff. de appellat. & doctoribus consensum citandis.

Interpretationem autem extaneam, & remotam à sensu & significatione verborum, tanquam incoogrnam & minime verbis sententia & rei, de qua agitur convenientem, facere executorem non patitur, Angel. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudiciis, versic. ult. scias. B. in d. l. ad executeorem, vers. item si verba, col. 2. Felin. in cap. qualiter & quando vers. secundo limita. & ideo in c. 2. vers. hanc fallentiam limita de libell. oblat. Imol. & Angel. de Aret. in d. l. ab executeore. Bal. in l. ea qua C. comminat. epistol. & in l. volumatis col. ultim. versic. quæro si statutum, Cod. de fideicommissis. Angel. in leg. si quis inventio. column. ultim. vers. ultim. scias, ff. de jud. Imol. consil. 22. in casu pramissa, col. 2. vers. nec obstat prædictis l. 2. Dotnu. in cap. licet vers. pramissa, not. 3. de testam. Paul. Castren. consil. 438. quia exceptiones, col. 2. lib. 1. Francisc. Aret. in l. 5. stipulatio col. 1. vers. sed huic rat. ff. de verb. obligat. lll. in l. quiddam adstruenda, col. 2. nota 3. per illum tex. ff. de verb. oblig. Francisc. Purpur. in l. natura luter, §. nihil commane, col. 7. vers. sed tu considera. ff. de acquir. poss. Barba. consil. 38. præclare scripsit, col. 12. vers. & si quis pram dixerit, lib. 2. Steph. Burtran. consil. 269. viso processu, n. 4. lib. 5. Philip. Decius in l. ambigus, ff. de reg. jur. Ludovic. Bolog. in tract. de indulg. col. 17. num. 83. Rebuff. in l. si u. propositis, versic. & modo quæto, C. de execution. rei jud. Rebuff. in l. quod justu, nota 2. n. 166. Anton. Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de reg. jur. concl. 3. n. 87. Tiraquell. in l. si unquam, verb. libertis, n. 13. Petr. Ferrarient. in praxi, in forma execut. sententia diff. verbo, publico num. n. 12. in fin. & seqq. Avilel. in cap. prator, in proæmio, verbo, ordonancas sub n. 19. vers. & hoc nisi velit facere.

Quia declaratio interpretativa debet fieri non perimendo, sed exponendo quæ dicta sunt, ut probat text. in cap. cum dilecti, de accusat. quem ad hoc notat, & commendat Bald. in sua Margarita in verbo, interpret. & in l. 1. fin. C. de liber. præteritis, & in l. fin. de interpretat. in prin. ff. de legib. ubi ex eodem text. docet interpretationem debere esse verisimilem, & post alios Tiraquell. ubi proxime n. 14. quib. præcedenti, inquit, quod ubi de significatione vocabuli tractatur, non est recurrendum ad arbitrium iudicis.

Quibus adde, quod hæc declaratio interpretativa debet fieri, circa ea, quæ continentur in verbis sententia, aliàs si fiat extra limites verborum in ea contentorum, ita ut declaratio concernat præiudicium tertii, non dicitur declaratio interpretativa, sed nova dispositio iustissime vocaretur. Paul. Castren. in l. hæredes palam §. si quis post vers. multoties & in Papa ff. de testam. & in consil. 338. vers. ex prædictis patet. vol. 1. Felin. in cap. cum olim, vers. & adiuveni potest de re iudic. Sarnier. in reg. de non tollen. jur. quæst. q. 13. vers. sed advertendum. Anton. Gabriel. ubi supra, d. concl. 3. n. 52. faciunt quæ Tiraquell. post alios ab eo citatos in repet. l. si unquam, verbo, libertis, n. 14. de revocand. donat. Quare merito ab executeore perperam interpretante sententiam velut excedente, appellationi emissa omnimodo esse deferendum, quia tunc modum exequendi excedere dicitur, probat text. in d. l. ab executeore ff. de appellat. glossa in l. ab executeore, verbo, excedat, Cod. quorum appellat. non recip. gloss. optima in cap. quoad consultat. verbo, excedat, de sent. & re iudic. Bar. in d. l. ab executeore in fin. n. 6. Salicet. in l. fin. n. 1. in fin. C. quando provocare non est necesse, & post Felin. in cap. super quæst. in prin. column. 2. de offi. deleg. tenet Simon de Præcis in tract. de interpret. ultimam. column. solum. ult. lib. 1. interpretat. 1. dub. 3. col. 12. n. 11. fol. 40. Gregor. Tholof. in tract. de appellat. lib. 2. cap. 11. sub num. 1. Scaccia. in tract. de appellat. questionem 17. limit. 10. n. 52. Petr. de Petra. in praxi. in form. execut. sententia definitiva, verb. publico num. n. 10. fol. mibi 283. in novioribus. Petr. Jacobi in praxi, rubrica de acti. ne in fact. ex re iudicata, §. modus autem executionis, col. 4. Rebuff. in comment. tom. 1. tit. de sentent. execut. artic. 7. gloss. 14. n. 8. optim. Rota decisio 100. ex notem part. 1. divers. per totam. Gratian. in discept. foren. tom. 1. cap. 333. per totum, & hujus doctrinae reddit varia exempla Ferrarient. quando sententia scilicet loquitur de florensis simpliciter, & executor vult interpretari

de ducatis, cum debeat intelligi de florensis moneta currentis, in quo insitit condemnatio. Rebuff. autem exemplificat in condemnato ad decem libras, & executor interpretatur de Parisiensibus, Sigismund. Scac. fingit casum in eo, qui Tholozæ vult condemnatus ad solvendum decem aureos, & executor interpretatur de aureis Solis, quia est mala interpretatio, cum de contentuende intelligatur de aureis parvis æstimatis 27. solidis Turonenfibus, cum dimidio, & aliis & similibus modis exemplificat B. in dict. l. ab executione sub n. 6. & sub n. 15. C. quorum appellaciones non recipi. & similiter potest poni casus in eo, qui fuit condemnatus ad beneficii restitutionem, & executor interpretatur in distributionibus quotidianis, oblationibus, & aliis obventionibus incertis. Item in condemnato ad fructus perceptos, & interpretatur executor ad fructus, qui percipi poterunt, item in condemnato in expensis executor interpretatur etiam de personalibus exis pensis, vel quando isto casu voluerit etiam declarare, & intelligere damna, & alia exempla, de quibus late supra hac 4. part. c. 30. vers. & hujus doctrina n. 37. cum seqq. & infinita invenies in discursu totius hujus tertie partis per singula capita.

Quemadmodum autem interpretationis iniquitas detegatur, & probetur, nunc tractemus, generaliter ex actis gestis omnem excessum per executorem illatum, esse probandum, late probavimus supra hac 4. part. c. 3. à n. 163. ubi vide, & in specie individualiter ita probandum esse iniquitatem executoris interpretantis, scilicet ex circumstantiis, hoc est, ex his quæ acta sunt in principali causa, rei natura, & qualitate attenda, docet B. in l. ab executeore n. 15. versic. venio ad tertiam partem, quem referens etiam sequitur Petr. Joan. Fararient. in pract. tit. de form. executio. sentent. diffinit. versiculo publico nuntio sub n. 14. versic. diceret aliquid qualiter detegatur in hac appellatione iniquitas interpretantis, &c. fol. 284. in novioribus, plura reddentes exempla iis in locis.

Quod corroboratur ex eo quod supra diximus ad princ. hujus capituli, versiculo aut agimus & loquimur. &c. n. 8. post Bart. Imol. Alex. Ang. Barba. Nicell. Felin. Rebuff. in l. quod justu 2. nota n. 165. ff. de re jud. Anton. Gabriel. comm. concl. 16. de reg. jur. conclusio n. 3. n. 85. Aviles in cap. prator. verbo, ordonancas in proæmio à n. 19. Marquet. de commiss. 1. part. c. 3. sub n. 43. & alios ibi citatos, quod illa tantum permittitur executori interpretatio, quæ facta est ex verisimilibus conjecturis, ex actis & deductis in processu, juris regulis, dispositione, & interpretatione attentis, ac insuper verborum significatione, & rei natura ex supra dictis.

Juris enim interpretatio tantum valet, quantum propria verborum significatio; quod enim per legis interpretationem, ex verbis, vel ratione concipi potest, perinde habetur, ac si esset expressum, l. nominis & rei, §. verbum ex legib. ff. verbo, signif. l. scire oportet, §. aliud, ff. de excusat. tutor. leg. non dubium C. de leg. B. l. in l. 3. §. quid si, de negotiis gestis, & in l. cor in princ. n. 16. C. de appell. Manc. in tract. de contr. lib. 1. tit. 16. n. 12. & hujusmodi interpretatio sub intellectione, juris intellectiva dicitur, non extensiva, Bal. post glossam, in l. quævis, in princ. & in l. ea qua col. pen. vers. 11. quæro Cod. de condit. in debiti. & in l. Gallus, §. quid si is nota 4. de liber. & posth. & ibi, Aret. n. 1. Curtius senior, consil. 80. n. 2. lll. in d. l. quævis n. 6. & 7. & in autb. quas actiones n. 17. & infra, C. de sacrosanct. Eccl. & in l. in eum n. 3. & ff. de in juri vocan. Decius consil. 2. n. 15. l. 9. Ang. consil. 321. n. 3. Mant. ubi proxime.

Hinc est, quod sententia debet intelligi prout de jure ferri debuerat, debetque reduci ad sensum juris, ac Salgado de Protect. Reg. H h h 2 actio

actio criminali praedictet, & ibi etiam Alberi. num. 7. vers. quid in dubio. Salicet. colum. in fin. n. 10. vers. aut dubitatur. Follet. in pract. crim. canon. cap. 31. n. 11. Card. Zabarel. in cap. de his col. 2. in princ. n. 4. ver. quid in dubio, & ibi Felio. n. 8. & Mar. n. 3. 2. vers. nec obstat. el. 2. de accusat. optimè Prosper. Farin. pract. crimin. tom. 1. quaest. 4. n. 28. ubi plures allegat, & Castr. & B. post glossam in l. si quis ad exhibendum, ff. de excep. rei jud. Bal. in cap. cum super in fin. de caus. & propr. idem Bal. & Bart. in l. 1. C. si plures una sentent. Cornueus consil. 10. col. 3. lib. 2. Socin. consil. 181. n. 79. lib. 2. Alex. in l. is apud quem col. penult. C. de edendo. Curtius junior consil. 17. post prin. Alexan. consil. 93. repet. n. 3. vers. respondeo quod sententia, lib. 6. late Card. Tusch. ubi sup. consil. 124. n. 10. & consil. 125. per tot. & consil. 126. a. n. 38. cum seqq. Seraph. decisi. 354. n. 18. tom. 1. Quod pertinet, quod sententia praesumitur lata ex causa deducta in libello, & petitione, & secundum eam in dubio debet declarari & interpretari, gloss. in leg. & enim causa de suspecti. tut. & in d. si quis ad exhibendum, gl. nota in l. & puto. §. 1. ff. famul. heres. Bal. in l. 1. Cod. de errore calculi. & post Baldum Novell. ita tenet Phan. in tract. de lucro dot. in rub. n. 29. fol. 26. in parvii. Casireni. consil. 270. l. 2. Alex. consil. 49. n. 8. l. 7. Aymon. Craver. consil. 186. n. 5. Socin. jun. consil. 181. a. n. 7. l. 2. Jo. Faber. in §. jurato. n. 13. ubi Ill. n. 35. instituit de actio. Bal. consil. 51. per tot. l. 5. Escobar. in tract. de ratiociniis, late post alios c. 18. n. 23. & 24. Card. Tusch. d. consil. 126. n. 22. 36. & 50. Menoch. consil. 110. n. 4. l. 2. & quod sententia recipit declarationem a libello. Seraph. decisi. 640. n. 2. tom. 1. Et ex his pendet solvenda utilis & practica bilis quaestio, & difficultas, an agens interdicto uti possidetis, in quo iudicio reus fuit absolutus, postmodum lata sententia, incipit reus actorem molestare: an actor possit iterum hoc interdicto agere, contra reum semel absolutum, fundatus in eo, quod de novo fuerit turbatus, an ei obstat executio rei iudicatae absolutoriae, opposita a reo? In qua difficultate videtur dicendum illi non obflare, quoniam nova haec turbatio debet esse causa huius interdicti proponendi, arg. text. in l. procurator ad exhibendum, ff. rem ratam haberi. text. in l. si quis ad exhibendum, & in l. sed & postea. ff. de noxa. quibus probatur, quod ex nova possessione superveniente, datur rei vindicatio contra semel absolutum. Sed pro contraria parte, imò quod praedicta exceptio rei iudic. obstat, urget, quod hoc possessorium ut possideris, remedium actori competit ratione possessionis, & haec praesumitur eadem & continuata; quare cum detur rei identitas causa & personarum, debet rei iudicatae agenti obflare exceptio, l. cum quaritur, cum l. seq. ff. de excep. rei jud. Borg. Cavale. dec. 18. n. 127. p. 3. & alibi passim. l. qui jurasse, §. si pater. ff. de jurejur. Cujus difficultatis solutio pendet ex his, quae hactenus sunt scripta, est etenim attendenda causa, ex qua absolutus fuerit reus, quoniam si ex eo fuisset lata sententia absolutoria pro reo, qui non turbavit actorem quod est causa praecisa huius interdicti, tunc rectè potest actor contra turbatorem de novo iterum agere, cui nec obstat exceptio rei iudicatae, quia non est eadem, sed nova causa, haec nova turbatio, orta post sententiam, novum ex ea oritur agendi principium. Si autem sententia fuisset lata pro ipso reo ex defectu possessionis actoris, quare iudex reum absolvit, quia sibi deficit qualitas justificatio, nempe possessionis omnimodo hoc iudicio necessariae, ut quia constitit possidere vi, clam, aut precario, a reo absoluto; tunc actor non poterit iterum agere rei iudicatae exceptione illi obstante; nisi forte dicat, agere ex nova possessione, vel ex nova causa, & qualitate, per quam prior causa, atque etiam prior qualitas possidendi mutata dici possit, argumento text. in l. 3. §. illud & in

l. qui bona fide §. 1. ff. de acq. poss. & in l. non solum §. 1. ff. de usufruct. & in l. 2. §. fin. ff. de usufruct. pro emptore, & in l. penult. & fin. ff. si pars heredi. pet. & in l. cum nemo cum materia, C. de acquir. poss. & in l. fin. in princ. ff. de precar. & hanc distinctionem ita docet Bald. in cap. cum super, n. 8. col. 2. de causa poss. & propr. sequitur Anton. Gom. in l. 45. Tauri, n. 147. Quid autem, ubi nec ex sententia, nec ex actis appareat, ex qua causa lata fuisset absolutoria sententia, sed est dubium; tunc eodem modo obflare exceptionem rei iudicatae, dicit post Bald. ubi proximè, & alios, Anton. Gomez. in d. n. 177. ad fin. quia secundum eos debet intelligi de omni causa, quae probari incumbat actori, & ad hoc distinctionis terminos dicit reducendum, & intelligendum, quod asserit Faber in §. retinenda, colum. 10. n. 31. instituit. de actio. quod quidem & ex eo comprobatur, quoniam in dubio sententia debet interpretari, & declarari in favorem condemnati, contra quae lata est in eo quod minus ei noceat. Alex. consil. 46. circa princ. c. 5. Socin. consil. 134. visa c. 2. l. 1. Decius consil. 43. c. 1. Alex. consil. 46. visis & accuratè n. 6. l. 1. & consil. 174. opportune, n. 2. l. 2. Decius consil. 43. & pro tenui. n. 3. cum aliis per Craver. consil. 44. Micha. Math. n. 10. Ab. consil. 7. in fin. l. 1. Curtius junior. consil. 17. ad fin. & consil. 74. c. 6. ad fin. & consil. 153. ad fin. Aymon. Craver. consil. 74. in fin. & consil. 188. n. 2. Men. consil. 110. n. 34. & 35. l. 2. Bull. in praxi tit. de fals. defens. n. 3. Ceph. consil. 249. a. n. 18. cum seqq. & per eundem Paz de tenui. 1. tom. c. 11. n. 20. imò in dubio contra eum, qui se fundat in sententia, faciendae est interpretatio, prout & etiam in contradicibus, optimè Men. d. consil. 110. n. 36. Card. Tusch. pract. conclusio. 7. littera l. concl. 126. n. 53. & supra late a. n. 49. & iterum n. 74. & 75. qui adhuc n. 99. post plures, quos allegat, inquit, quod qui se fundat in sententia, debet habere rem clamam, alias contra eum fit interpretatio. Is proxima est illa difficultas, quae solvenda se offert, an absolutoria sententia in criminalibus generaliter lata, qua sententia non apparet, ex qua causa fuerit lata an diffinitiva, an interlocutoria ab observatione iudicii intelligatur, ut iterum possit reus inquiri & molestari pro eodem delicto. Pro cuius resolutione supponuntur hactenus adductae doctrinae, ut sententia generalis, & dubiam recipit interpretationem, & declarationem ex actis. Ideo si ex eis apparet de non commissio crimine, sententia quoque intelligitur lata ob non commissum crimen, & consequenter erit diffinitiva, a 80 verò si ex actis non apparet de non commissio crimine, & sic de accusati innocentia, sed damtaxat constat, crimen non probatum, sententia dicitur lata ob non probatum crimen, non autem ob non commissum, quia ita ex actis apparet & colligitur. Et tunc isto secundo casu dicendum est, secundum magis communem, & observatam praeticam: ut sit lata ab observatione iudicii, ut post alios, & longam indagationem dicit Prosper. Farinac. in pract. crimin. tom. 1. quaest. 4. sub n. 28. asserens, quod cum haec sit communis praxis recepta (de qua nos statim) ut absolutio rei ob non probatum crimen debeat esse ab observatione iudicii, & non diffinitiva; ita etiam iudicem adolvere voluisse praesumendum esse, cum omnis actus, & dispositio etiam legalis à consuetudine interpretationem recipiat, & cum ea iudicis potestas se conformare praesumat, l. cum de consuetud. in princip. ff. de leg. l. quod si nolite, §. quia assidue, ff. de adilitio edicti. B. in l. semper in stipu. ff. de reg. iur. Abb. in cap. certificari, de sepulch. Felin. in cap. ex literis, in 7. declaratione de fide instrumentor. & alii per Cagnolium in l. si quis major, n. 82. C. de transactio. & in rubr. ff. si quis jus dicit, non obtem. n. 24. quibus adde quae superius late diximus, versicul. quod corroboratur ex eo, a. n. 59. ubi plurimos adduximus Doctores, &

& per consequens hoc casu novis supervenientibus iudicibus, poterit reus iterum de novo conveniri, & molestari. Et quod quando ob non probatum delictum reus sit absolutus ab observatione iudicii, non diffinitive, & quod haec sit communis & universalis praxis, & opinio magis communis atque recepta; duobus contrariis rebus per Covarr. lib. 1. var. cap. 1. post n. 8. & per totum, testatur Prosper Farinac. ubi proximè d. 4. a. n. 27. ubi multa de materia. Sed quid si penitus exactus non appareat causa, ex qua fuerit reus absolutus, tunc quamvis Doctores in l. 1. Quando civilis actio criminali praedictet, videantur se inclinare, ut praesumatur lata ob non commissum delictum; tamen communis est opinio in contrarium, scilicet ob non probatum, gloss. in l. si quis ad exhibendum, ff. de excep. rei iudicatae. Bart. in l. hoc. 2. §. edicto n. 3. versicul. au dubitatur, ff. in honorum raporum: & ibi Angel. num. 6. Salicet. in d. l. 1. post n. 10. Bald. in l. 3. C. de fementi. qua sine certa quantitate. Lanfr. in c. quoniam contra in verbo, interlocutoria, num. 43. de probat. Anton. de Butt. in c. de his, num. 4. colum. 2. in princ. ubi Zabarel. n. 4. Felin. num. 8. vers. quid sit simpliciter ubi de communi. Marian. num. 32. & seqq. de accusatio. Pars. consil. 87. num. 13. lib. 3. & in repetit. l. admonend. n. 77. ff. de jurejur. ubi etiam de communi. Angel. de malefic. in verbo, ad querelam, n. 85. in fin. versicul. si verò non apparet. & ibi August. n. 58. ad fin. Covarr. d. l. 1. var. c. 1. num. 8. cum aliis rebus per Brunor. à Sole in suis quaestio. leg. 9. 17. n. 3. Prosper Farinac. d. 4. 4. n. 28. vers. quod si penitus. Et quid erit dicendum de sententia, qua quis condemnatus fuit in exilium, & non apparet ex ea, de quo censetur iudex, an de voluntario, an de praeciso. Hanc movet difficultatem Parla. 3. tom. q. 17. n. 6. & supra post sequi: centurias, quo loci probat, indubio de praeciso exilio, quam de voluntario fundandum esse interpretationem, & sententiam intelligendam, quem vide. Uterius quari potest: an vir condemnatus per iudicem Ecclesiasticum simpliciter ad praestandum uxori cautionem propter ejusdem viri sevitiam, & quod aliter fieret divorcium quoad totum, & mutuum cohabitationem, an si non praestet fidejussores, satisfaciens, si offerat nudam cautionem, vel etiam iuratoriam; & an executor excedat si illum ardeat ad fidejussores praestandos, etiam illos non reperire allegantem. Et quod excedat executor, probatur, nam verba iudicis debent intelligi secundum mentem juris, ut superius à numero 60. altius probavimus, sed simplex cautio de jure, dumtaxat intelligitur de verbali obligatione, juxta gloss. in l. 2. sed si agant, in verbo, sola promissione, ff. de iudicis: quamvis consuetudo obtinuit, ut requiratur etiam hypotheca, & bonorum obligatio, tenet Bart. in l. pratoria, n. 2. ff. de pratoris stipulatio. Soc. consil. 120. sexto quia demum, l. 1. quam ut magis communem servandam testatur Ill. in l. 1. n. 20. colom. penult. ad medium, vers. circa dictas quinque fallentias ff. qui iustificare cogant. & in l. si prius, n. 52. de novi oper. nuntia. Padill. in l. super post, n. 22. cum seqq. de transactio. & per l. 1. in 7. p. 3. tenet Quezada in cap. 11. n. 1. Socin. regul. 53. versicul. fallit. 4. Ceval. in contra commun. l. 1. q. 66. n. 1. & 2. Gratian. in discept. foren. tom. 1. c. 147. n. 19. & 20. ergo executor juris intellexit, & servare debet sententiam significationem attendere, & servare debet. Secundo & pro hac parte, facit, quoniam etiam ad fidejussores praestandos maritus virtute sententiae teneretur; tamen propter impossibilitatem ex eo, quod eos non reperit (quae est maxima difficultas excusabilis secundum gloss. in l. 3. §. quamvis in verbo, quibus ff. si cui plus quam per l. Falcidia. & ibi Bart. n. 3. l. si vendid. Sicut iur. ff. ad l. Rbod. de iactu) debet excusari, juxta Salgado de Protect. Reg.

l. 1. Causa fruct. l. penult. ut in possess. in legat. Angel. l. 4. de usufruct. Ill. in aub. cui restit. n. 8. C. de indulta viduita. tullend. & alibi passim per Doctores. Sed ubi datur maxima difficultas, vel impossibilitas adimplendi sententiam in eo, super quo lata fuit, sententiae executio fit in eo quod potest, text. est in l. qui restituer. ff. de rei vindic. text. in l. Julianus. ff. de consess. l. si longis. C. de executione rei iudicatae, quibus probatur, quod licet quis praecise teneatur ad rei restitutionem, & traditionem, & ad id compellatur; nihilominus si non habet facultatem rei restituendae, pura quia perit, decessit, vel abiit; ut iudicatum fortitur effectum, fit executio in aestimatione, & valor ejusdem rei, de quo late egimus supra cap. 4. p. cap. 5. vers. in super superius à nobis propositum a n. 33. & quae ibi dicta sunt, bene conducunt ad propositum. Et ulterius comprobatur ex doctrina Angeli Aretii. 90 consil. 136. in themate num. 5. & per totum consilium dum loquitur de sententia condemnandae Titium, ad conservandum indemnem. Gaium ab obligatione Gaii, si obligatio Gaii est extrinseca, quia fuit tantquam fidejussor compulsus solvere, debet relaxari indemnus eo modo, quo potest, ut solum sibi restituatur, licet sententia dicat relevari ab obligatione, comprehendit etiam à solutione facta vigore dictae obligationis, Bald. consil. 501. casus talis est per totum, maxime in fin. lib. 5. Roman. consil. 14. in princ. & ibi additio l. Felin. in c. auditis col. 1. de praescriptio. gloss. in c. puto. ff. famul. heres. cum Abb. in c. ex literis, in fin. col. penult. de pig. Cardinal. Tusch. pract. conclusio. 67. littera S. conclusio. 126. num. 10. ut sententia absolvens tenorem à tutela, intelligatur de reddenda ratione tutela, super qua actum fuerat, non de tutela, & per Angel. Aretin. in d. consil. 136. & num. 13. & 17. late persequitur Cardinal. Tusch. ubi proximè conclusio. 126. a. n. 125. cum quatuor seqq. ubi loquitur de condemnato in eo, quod de jure est impossibile, sed honestum, qui compellitur de facto ad executionem eo modo quo potest, quando secundum verba sententiae non potest fieri executio, ut de condemnato ad tradendum instrumentum debiti, si non reperitur, cogitur condemnatus liberare victorem; ut per Angel. Aretin. ubi proximè num. 13. & seqq. tenet Tusch. d. num. 128. ergo idem dicendum venit in nostro casu, quod si vir non potest invenire fidejussorem, casu quod ad illos praestandos teneatur satisfaciere dicitur sententiae si cautionem juratoriam offerat. Sed contrariam sententiam, & opinionem longe de jure viorem esse censo. Primo, quoniam quidquid sit de jure, vel consuetudine, de simplici cautione dicendum ex his quae ad primum argumentum contrariae partis scripsimus; tamen indubitatum illud est quod quodviscunque à jure requiritur cautio plena, sufficientis, recta, aut competens, tunc juris intellectu, & interpretatione intelligitur de cautione cum fidejussoribus vel pignoribus Socin. in regul. 43. versicul. fallit. 4. tradit gloss. in cap. quoniam, §. in alius ut lite non contestat & in cap. fin. de pignoribus, cap. 1. de sequest. poss. fruct. c. qua fronte, de appel. gloss. in cap. ex transmissa de restitut. spoliat. verbo, sufficienti, l. si mandato Titii. §. si mandata Titii. ergo §. ad vide de fideicom. liber. & alii Doctores statim citandi, Sed cautio quae à viro saeviente debet uori praestari, debet esse sufficientis juris dispositione, text. est in cap. transmissa, ibi, ipsam et restitui facias, recepta tamen sufficienti cautione: ubi iure, & glossae superius citatae, & citandi Doctores exponunt, sufficientis: id est cum fidejussoribus, vel pignoribus, quia iudex debet recipere cautionem, per quam mulier sit magis secunda à viri saevitia. cap. quoniam, §. ultim. ut lite non contestata. & est text. in d. cap. literas, in fin. ibi. Si verò tanta sit viri saevitia, ut mulieri trepidanti non possit sufficientis securitas provideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri. & ita tenent Anton.

ad fin. & superius nos alios citavimus. Alias nonnullas de declarationes, seu fallentes apponit *Guarba diel. decis. 46.* quia omnia quidem prae oculis habere debet executor, ubi sibi huiusmodi sententia exequenda committitur.

- 124** Hinc prius ut abeamus, animadversione dignum esse dixi, stylus qui in supremis tribunalibus introducit (potius abusus vocandus) ut petentes sententiae dubiae, aut obcurae declarationem, adstringantur intra viginti
125 quatuor horas, seu potius intra diem eundem prolatae sententiae, eandem petere, iuxta determinationem text. in *l. Paulus, la 2. de re jud.* Sed attendit quae, quod
126 iudex, licet addere, mutare, & alterare suam sententiam, & eius substantiam non possit, *l. quod iussit, de re jud. & diel. l. Paul.* tamen interpretationem extensivam facere potest dumtaxat, circa accessoria sententiae, puta, fructus, expensas, &c. & eam non aliter facere potest, quam eodem die, & hoc casu loquitur *d. l. Paul.* prout bene intelligunt B. & alii, Petrus Ferrar. in *pract. in forma execut. sentent. diff. verb. publico nuu. n. 12. f. mibi 284. in noviori impressione.* Aviles in *c. prator. in proemio sub n. 19.* & ad hunc effectum recte procedit *d. stylus tribunalium.*
127 Si verò agitur dumtaxat de declaratione interpretativa, hoc est de declaratione verbi dubii, obcuri, aut orationis confusae, tunc ad illam petendam ad illud tempus, nec ad aliud astringi potest petens, tum quia facultas declarandi nunquam praescribitur etiam per mille annos, secundum optimam Baldi, & Saliceti doctrinam, in *l. petens per gloss. ibi C. de pactis, & lll. ibi col. 4. vers. ex illa glossa bene etiam, ubi declaratione per Balthum tractatu de prescrip. 4. part. 5. prin. q. 1. num. fin. & supra.* Tum etiam, quia ille, qui post aliquem terminum actum aliquem facere non potest, potest tamen declarare iam factum, plurimi sunt Doctores in hujus doctrinae comprobationem, cuius nomenclaturam adduximus supra *hoc cap. vers. ex hoc fonte fuit, a num. 33.* ergo hanc declarationem interpretativam illo termino *l. Paul.* circumscripti, nec arctati, debere certum est.
130 Deinde, quia licet iudex sententiam diffinitivam mutare, aut corrigere non possit, *l. iudex pesterquam ff. de re jud. nisi in accessoriis ut supra:* tamen illam potest declarare, gloss. verbo, sed iam interpretari, in *l. ea qua, Cod. comminationes, epistolas, & sentit gloss. in l. sed & futurusque, in verbo, & sic au. ff. de evict. Joan. Andr. in addit. ad Specula. in tit. de testament. §. nunc videndum, vers. hoc etiam nota. B. in l. haeres palam. §. si quid, vers. quare an iudex. & ibi Imol. vers. item quod iudex. post Bal. ibi in §. sed si votam, vers. tertio est argumenti, ff. de testam. B. in l. ab excoctore, vers. scilicet. quare secundo ff. de appell. Joan. Fab. in l. 1. vers. item dic. Cod. sententiam rescindi non posse. Alex. in l. 2. vers. sed videtur. C. de lib. & posthu. & in l. Aulorum, vers. sed ubi essent, ff. de re jud. Lanf. in c. quoniam contra, verbo, inter locutiones, vers. ulterius dubitatur, de probat. Alex. conf. 13. vers. super alio quasto, vol. 1. Calcan. conf. 19. vers. quarto quaeritur. Felim. in c. super quast. vers. ego alleg. de off. deleg. Decius in c. t. vers. tertia est species, de postul. pralat. & in l. in ambiguis orat. ff. de reg. jur. Rebuff. in l. quod iussit in 2. not. n. 154. & n. 155. Ant. Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de reg. jur. concl. 3. n. 14. quae potestas tempore circumscripti non debet, ut supra.
131 Ultimo facit, nam si tribunalium executores, pro rerum judicatarum executione dari, etiam post multos dies à tempore prolatae sententiae hanc declarationem interpretativam faciunt (ut late superius probavimus, & quotidie practicum, & videmus) ergo ipsimet iudices, qui sententiam eandem proferunt, multo fortius post dictum terminum viginti quatuor horarum (iuxta *diel. l. Paul.*) facere poterunt, cum (ut diximus) lex illa procedit, quando aliquid additur, vel detrahitur sen-*

tentiae circa eius accessoria, quod locum non habet, hac declaratione interpretativa, in qua nihil additur, vel detrahitur, sed dumtaxat factum obcurum detegitur, ut late supra dicimus reliquimus hoc capite.

CAPUT XIII.

Ab excoctore sententiae ordinem praeposterantem, & omittentem, an appellatiōnem emilla non deferens, violentiam commisisse dicatur.

SUMMARIUM.

Ordo legis locutus in monitionem potius quam in necessitatem, sicut omittatur, non vitiat, n. 1.
Praeposteratio ordinis sonantis in consilium legis non in necessitatem, non vitiat, n. 2.
Ordinem sententiae praeposterans executor excedit manifeste, n. 3.
Ordo est modus agendi, sine quo nihil recte agitur, n. 4.
Executor excedens modum nulliter agit, & propterea appellare, n. 5.
Ordinem excedere seu modum, idem est, cum sint duo inseparabilia, n. 6.
Actus omnes humani à tribus dependent, nempe, potestate, voluntate, & modo, qui est ordo ad finem, n. 7.
Ordo in duplici est differentia, à jure vel ab homine datus, n. 8.
Ordinis datus ab homine praeposteratio semper actum vitiat ipso jure, n. 9.
Mandati forma diligeret attendenda est, n. 10.
Appellatio licita est ab actu nullo, n. 11.
Praeposteratio ordinis etiam datus à jure in eadem causa, & sic de se ipsa ad se ipsam vitiat ipso jure, n. 12.
A praeposteratione ordinis etiam à jure unius causa ad se ipsam appellatio licita est, n. 13.
Praeposteratio ordinis ejusdem causa ad se ipsam vitiat processum ipso jure, n. 14.
Praeposteratio ordinis in diversis causis praepositoribus, tamen inter se annullat ipso jure, n. 15.
Ordo praepositor sententiae: eius praeposteratio cadit in se ipsa causa executionis, n. 16.
Praeposteratio ordinis datus à jure unius causa ad alteram separatam, seu unius iudicii ad aliud, non vitiat ipso jure, n. 17.
Ob praeposterationem ordinis datus à jure unius iudicii ad alterum, sententia & processus tenent à quo appellare necesse est, n. 18.
Ordo unius causa in seipsa est velut ordo membrorum in corpore individuo, à quo si subvertatur aliquid principale totum corpus perit, sicut in ordine unius causa ad aliam diversam, n. 19.
Ordinis à jure de una causa ad aliam praeposteratio non admittit appellationem in iudicio sui naturae inappellabili, quia non casus nullitatem, n. 20.
A perversione ordinis appellatio admittitur etiam in iudiciis aliis privilegiatis, in quibus regulariter appellatio non admittitur, n. 21.
Nullitas cadit in perversione ordinis unius causa ad seipsam, & ideo executionem non meretur, num. 22.
Ordinis praeposteratio est gravamen evidens, patens ex actis, n. 23.
Sententia evidenter iniusta cum nullitati aequiparetur, admittit appellationem etiam in causis privilegiatis, n. 24.
Iniquitatis respectu nunquam appellatio prohibita intelligitur, n. 25.
Executor ad rei restitutionem cum clausula (resus prius melioramentis) an excedat si ante coram liquidationem rem faciat restituere, n. 26.

Qui non excedere dixerint hoc casu recensentur, n. 27.
Diçtio (prius) significat praecedentiam, & dat ordinem & formam, cuius omisso vitiat actum, n. 28.
Ablativus absolutus inducit conditionem, n. 29.
Conditio debet adimpleri ita ut interim suspendat dispositionem, n. 31.
Verba (solutis expensis) faciunt sententiam conditionalem, n. 32.
Conditio importat formam, n. 32.
Conditio non servata actus corrumpit, n. 33.
Reservatum jus in sententia ipsius executionem non suspendit, secus si sententia condemnet sub aliqua modificatione, ac limitatione, quia tunc suspendit, n. 34.
Reservatum jus condemnato in sententia, eius executionem non suspendit, quia intelligitur reservatum in aliud iudicium, n. 35.
Reus si sententia aliquam exceptionem aut limitationem adiciat, ibid.
Sententia condemnans ad restitutionem bonorum, exceptis qua sunt in territorio condemnati, aut qua sunt feudalia, prius de exceptione est facienda liquidatio, n. 36.
Quia interim dum hoc non sit liquidatio, sententia dicitur incerta, n. 37.
Verba limitatioe apposta habent terminum quem non licet excedere, n. 38.
Diçtiones (quatenus, donec, quamdiu, dum, quoad usquequo) & similes, significant limitationem temporis & suspendunt sententiam, n. 39. & n. 41.
Diçtiones quatenus, donec, quoad, &c. si imponantur ad incoactionem alicujus beneficii, important conditionem, n. 40.
Diçtio (dummodo) quando apponitur in sententia ei, quod venit implendum, ante perfectionem actus importat conditionem, n. 42.
Diçtio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo) n. 43.
Gerundium dando, restituendo, &c. importat conditionem & formam praecipiam adimplendam, n. 44.
Gerundium adjectivum, vel participium, inducit necessitatem, n. 45.
Sententia lata sub conditione vel modo, semper opponi potest de defectu conditionis vel modi, n. 46.
Quia tunc non tam ab alio repellitur quam à se ipso, cum ex eodem fonte & instantia oriatur actio & exceptio, n. 47.
Altor qui in actione includit & deducit exceptionem suo se ligone percutit, ita ut sibi incumbat onus probandi, n. 48.
Exceptio qua oritur ex sententia praecise, est verificanda in executione, etiam si requirit altiorum indaginem, n. 49.
Exceptio nullitatis si oritur ex ventre instrumenti quod exequitur, suspendit ejusdem executionem, n. 50.
Nullitas instrumenti reddit probationem nullam, quod non potest dici de obligatione constare, n. 51.
Exceptio ori a ventre sententia aut instrumenti, non censetur exclusivae, etiam si requirit altiorum indaginem, n. 52.
Conditio respiciens principalem dispositionem & substantiam, ipsam reddit conditionalem, n. 53.
Conditio apposta in executivis sententia, aut alterius dispositionis, non facit sententiam aut dispositionem conditionalem, sed pura remanet, eius tamen effectus & executio suspensa est in tempus, n. 54.
Melioramentum prius debet solvere executor, si de prius solvenda mentio fiat in sententia, quae attendere debet, n. 55.
Ordo litera servandus est, & à forma sententiae non est recedendum, n. 56.
Executor ad rei restitutionem pagando los gastos, an possit prius restituere rem, & postea expensas condemnato, saltem sub fideiussione, n. 57.
Conditio adimpleri debet in specificata forma, non per aequipollens, n. 58.
Retentionis pro melioramentis exceptio suspendit sententia executionem, etiam si apposta fuisse in iudicio principali, non tamen de ea iudicatum, n. 59.

Ob praeposterationem, eo quod executor prius exequatur rem, quam refundat expensas, potest gravatus agere de nullitate & spolio, n. 60.
A qua praeposteratione poterit etiam pari gravata appellare, n. 61.
Admonem seu depositum offerens de solvendis melioramentis cum liquidetur post reit aditionem audiendus non est, n. 62.
Condemnatus ad plurimum rerum restitutionem, an propter expensas in una factas, executio suspendatur in aliis sequitis, & non melioratis, n. 63.
Retineri una res non potest pro expensis in alia res factis, numero 64.
Executio suspendi non potest in aliis rebus sequeantibus, ob expensas in una tantum res factas, etiam si sententia dicat (solutis prius expensis) n. 65.
Retentio conceditur in res separatas, quando melioramentum facta in una re ejus valorem excedunt, n. 66.
Melioramenta si respiciant jus universale, puta hereditatem, ad quam restituendum quis est condemnatus, an una res pro alia retineatur, n. 67.
Et quod hoc casu, quando melioramenta de facili non possunt liquidari, an omnia bona sint relaxanda sub fideiussore, n. 68.
Executio sententiae ut suspendatur ob melioramenta, debet de eis prius saltem ingenuè apparere, in tra terminum assignatum ab excoctore, n. 69.
Melioramenta opponens si non liquidat intra terminum sibi assignatum, proceditur ad executionem, ne sit in ejus potestate illam retardare, n. 70.
Praeposterationis ordinis nullitatem sanati partis confessio emanata, n. 71.
Confessio partis valida omnes defectus processus, & ordinis iudicialis, n. 72. ubi de ampliationibus & limitationibus.

Licet circa perversionem ordinis datus à jure, iuxta §. 1. venditione l. à D. Pio, maxima sit inter DD. controversia, an vitiet executionem, de quo nos late supra hac 4. part. cap. 3. vers. intra quod autem tempus excessus, &c. à n. 101. ubi pro utraque Doctores maxime authoritatis retulimus, quoniam ipsius legis dispositio non sonat in necessitatem, sed in monitionem, propterea praeposterationem eo casu non vitare docet Petrus Surd. conf. 39. n. 18. & seq. recte etiam advertit Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 519. n. 16. & n. 13. ubi post alios, quod quando praeposteratio sonat in consilium legis, non in necessitatem, non vitiat, Castrenf. consil. 232. in causa que vertitur, col. 1. in fin. vers. nec obstat, col. 2. lib. 1. illud tamen certius esse apparet generaliter loquendo, extra illius legis casum particularem; veriorum, ac probabiliorum esse opinionem, validissimisque fundamentis vallatam, illam, quam ibi elegimus; ut executor (qui tenorem commissionis ad unguem servare cogitur) si sententiae ordinem praeposteravit, excedat manifeste. Hanc concordiam reddunt Alex. conf. 5. visus proposito vol. 2. Afflict. dec. 358. in cau. inter. sub n. 1. & 2. Ant. Gabr. comm. concl. li. 2. tit. de execu. rei judic. concl. 3. n. 3. Sigif. Stac. in tract. de appell. p. 17. limit. 10. n. 26. (ubi refert Pucum contra distinctionem hanc tenentem) & per Afflict. tenet Roland. à Valle conf. 33. n. 32. l. 1. Card. Tusch. pract. concl. 1. 3. lit. A. concl. 483. n. 11. Abb. conf. 4. vol. 3. col. 10. v. 11. quare, ubi dicit communem Paul. de Casfr. conf. 321. v. c. 2. in fin. vers. 2. praeposteratio, quia littera mand. Et loquendo in excoctore praeposterante ordinem executionis idem tenet alios citans Grat. in disc. forens. c. 136. à n. 39. & Rebuff. in comment. tom. 1. tit. de ien. exec. art. 7. gl. 14. n. 7. (licet in Francia non servari dicat) & ita intelligendum esse magnam Doctorum catervam, quorum nomen retulimus supra d. cap. 3. à n. 101. dum indistinctè affirmant praeparationem ordinis nullum reddere